Textabdruck D O. I. 250a

Otto I. bestätigt Bischof Bernard von Comacchio und seinen Nachfolger allen gegenwärtigen und künftigen Besitz in den Grafschaften Comacchio, Ferrara und Gavello sowie innerhalb und außerhalb Ravennas.

Nocera (?), 962 Dezember 19

Archivio di Stato in Modena, Archivio Segreto Estense, "Casa e Stato", Controversie di Stato - Comacchio - busta 529 (B).

Inseriert in ein Notariatsinstrument von 1309 Jan. 5.

Wiederabdruck nach Bellini, Due diplomi S. 251 ff.:

In nomine sancte individueque Trinitatis[a]. Otto divina favente clemencia imperator augustus[b]. Si cuiuscumque ordinis homines de regno nostro degentes, continua foverimus tuitione[c], in regni[d] nostri statum prosperitatisque incrementum augeri nequaquam ambigimus. Quocirca[e] omnium fidelium sancte Dei[f] Ecclesie[g] nostrorumque presentium scilicet[h] ac futurorum[i] noverit solertia dompnum Iohannem Christi auxiliante gratia[j] beatissimi Petri[k] vicarium terrenum[l] [nostram] postulasse clemenciam, quatinus pro Dei[f] amore animeque nostre remedio per huius nostri precepti paginam confirmaremus venerabili episcopo Bernardo sancte Comaclensis Ecclesie[m] beati Cassiani martiris[n] Christi suisque successoribus episcopis in perpetuum[o] omnes res et pertinentias[p] suas[q] quascumque habet[r] et tenet[s] vel acquirere[t] debet[u] seu habere et tenere debet[u] vel abhinc acquirere[t] potuerit[v] sive de iure Romane Ecclesie vel alicuius partis, tam in comitatu Comaclensi[w] et Ferrariensi[x], nec non Gavelensi, atque intus ex extra civitatem Ravennam, vel ubicumque terrarum in regno nostro acquirere potuerit[v], a portu quoque qui dicitur Primarius[y], usque ad portum qui dicitur Volana, et ipsum portum qui dicitur Volana, et omnes aquas vel paludes piscariasque cuntasque muclas salinarias omnesque silvas inter hos portus iacentes[z] totamque insulam que vocatur Pomposia[aa], cum silva sua et piscariis[bb] et cum omnibus adiacentibus suis a mari usque ad medium flumen quod vocatur Gaurus et a Pado[cc] usque ad medium canale qui vocatur Falce[dd] et usque ad finem Adriensis[ee] episcopatus, nec non et domos duas lapideas[ff] in Ravenna, et monasteria tria, unum qui vocatur[gg] Sancta Maria in Pomposia[hh], aliud qui vocatur[ii] Sancta Maria in Aula Regia in Comaclo[jj], tertium qui vocatur[kk] in Alione[ll] cum omnibus sibi pertinentiis[mm] et insuper flumen intus qui vocatur Sanctum[nn], cum plebe que vocatur[gg] Sanctus Martinus in Laterculo[oo], cum omnibus suis pertinentiis[pp] extendentem usque ad medium Gaurum, et Massam[qq] que vocatur[gg] Donnorum et quicquid habet[r] vel habere debet[u] vel acquirere potuerit[v] in plebe Cornu Cervino[rr] et fossam que dicitur Tidini[ss] et Medelanam et Lentolanam[tt] nec non et Massam[qq] integram[uu] que vocatur[ii] Popli[vv] cum omni districtione sua et quicquid habet[r] vel debet[u] habere vel acquirere[t] potuerit[v] in Massa Fiscalia[ww] nec non et ambos Campos longos Heliam et Argerem de Quinta[xx] cum piscariis[yy], et pertinentiis, suis et locum qui vocatur[gg] Cona[zz], et locum qui vocatur[ii] Martinelli[aaa] in integrum[bbb], et piscariam Sculatium[ccc], nec non et campum qui vocatur[kk] de Comaclo[ddd], cum silvis et muclis salinariis[eee] et cum piscariis[yy] et cum formis et paludibus et cum omnibus fundamentis salinarum que olim fuerunt, vel nunc sunt vel in futuro esse poterunt, nec non campum qui vocatur[kk] de Goro[fff], cum omnibus piscariis[yy], et pertinentiis suis, et canalem integrum[ggg] qui vocatur[gg] Tercicem[hhh], cum vallibus[iii] et piscariis[yy] sibi adiacentibus, et canalem qui vocatur[kk] Pedica[jjj] perfecta, et canalem qui vocatur[kk] Virginise[kkk] ab utraque parte, cum paludibus suis usque ad corigium Alionis vel Sancti[lll]

Michaelis, et canalem qui vocatur[ii] Morticius[mmm], cum paludibus suis ab utraque parte, et Vaculinum[nnn] cum piscariis[yy] et paludibus suis ab utraque parte, et ramum Marchisianum[ooo] similiter, et totum canalem qui vocatur[gg] Tribia[ppp] cum piscariis[yy] et paludibus suis, et medium canalem qui vocatur[kk] Paduxolo vel Lungula[qqq], cum aliis canalibus descendentibus a Silicata[rrr] usque in campum de Gauruni et usque in campum de Comaclo[sss], nec non et omnes res predicti episcopii[ttt] mobiles et immobiles in predictis locis vel ubi ubi adiacentes, scilicet[h] salinas, piscarias, valles, paludes, muclas, silvas, terras, vineas, portus, ripas, villas, domos, ecclesias[uuu], plebes, capellas, suos quoque homines, clericos, laicos[vvv], monacos, gastaldones[www], de [ca]nos[xxx], colonos, servos, liberos. Concedimus itaque predicto episcopio[yyy] ut si incendio vel aliquo casu suas muniminas[zzz] vel instrumenta perdiderit, nichil ei noceat, si per duos testes affirmare potuerit. Precipimus ut nullus dux vel marchio, archiepiscopus[aaaa], comes, vicecomes, magna parvaqua persona molestare, inquietare vel invadere, disvestire vel distringere[bbbb] vel in angarias ducere, vel aliquod tholoneum vel fodrum[cccc] vel aliquam hospitalitatem imponere episcopo Coma elensi[w] vel suis hominibus audeat, sed quiete et pacifice per tempora relinquat[dddd], remota omni controversia. Si quis, quod non credimus, huius nostri precepti paginam infringere aut violare temptaverit, sit compositurus auri libras centum, medietatem camere[eeee] nostre, medietatem predicto episcopio[yyy]. Quod ut verius credatur diligentiusque[ffff] ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes anuli nostri impressione subter iussimus[gggg] insigniri.

Signum dompni Ottonis (M.) piisimi augusti imperatoris.
Liutgerius[hhhh] cancellarius[iiii] ad vicem[jjjj] Vuidonis[kkkk] episcopi et archicancellarii[llll] recognovi.
Datum .XIIII.[mmmm] kalendas ianuarias, anno dominice incarnationis .DCCCCLXII., indictione .VI.,[nnnn] anno vero[oooo] dompni Ottonis imperatoris[pppp] .I. Actum apud Nuceriam urbeculam, in mense decembri.

a trinitatis *B.*
b Imperator Augustus *B.*
c tuittione *B.*
d Regni *B.*
e Quocircha *B.*
f dei *B.*
g ecclesie *B.*
h silicet *B.*
i fucturorum *B.*
j gracia *B.*
k petri *B.*
l teratenus *B.*
m cumiaclensis ecclesie *B.*
n chassiani marturis *B.*
o imperpetuum *B.*
p pertinencias *B.*
q vestras *B.*
r habetis *B.*
s tenetis *B.*
t aquirere *B.*
u debetis *B.*
v potueritis *B.*

w chumiaclensi *B.*
x Ferariensis *das abschließende* s *steht auf Rasur B.*
y primarius *B.*
z aiecentes *B.*
aa ponposia *B.*
bb pisc’ *B.*
cc pado *B.*
dd falce *B.*
ee adriensis *B.*
ff initas *B. Im Diplom Friedrichs I.* lapideas.
gg *Abkürzungszeichen für* quem *B.*
hh sancta maria in ponpoxia *B.*
ii quem *B.*
jj sancta maria in aula Regia in cumiaclo *B.*
kk *Abkürzungszeichen für* quam *B.*
ll alione *B.*
mm pertinetibus *B.*
nn sanctum *B.*
oo sanctus Martinus in laterculo *B.*
pp pertinenciis *B.*
qq massam *B.*
rr cornu cervino *B.*
ss tichini *B.*
tt medelanam et lentolanam *B.*
uu mitt *B. Im Diplom Friedrichs I.* integram.
vv popli *B.*
ww massa fiscalie *B.*
xx canpos longos eliam et argerem de quinta *B.*
yy piscarijs *B.*
zz chona *B.*
aaa martinelli *B.*
bbb innitt *B mit wellenförmigem Kürzungszeichen über den tt.*
ccc scolacium *B.*
ddd chumiaclo *B.*
eee salinarijs *B.*
fff choro *B.*
ggg intra *B.*
hhh tercicem *B.*
iii valibus *B.*
jjj pedica *B.*
kkk virginise *B.*
lll alionis vel sancti Michaelis *B.*
mmm morticius *B.*
nnn vaculinum *B.*
ooo marchisianum *B.*
ppp tribia *B.*
qqq paduxolo vel lungola *B.*
rrr desendentibus a silicata *B.*
sss cumiaclo *B.*
ttt epicopij *B.*
uuu eclesias *B.*
vvv laycos *B.*
www chastaldiones *B.*
xxx de nos *B.*
yyy Episcopio *B.*
zzz munitiones *B.*
aaaa Archiepiscopus *B.*

bbbb distrigere *B.*
cccc folcherum *B.*
dddd iuvant *B.*
eeee camare *B.*
ffff diligenciusque *B.*
gggg impximus *B.*
hhhh Liugerius *B.*
iiii cancelarius *B.*
jjjj atque vice *B.*
kkkk Vidonis *B.*
llll Arcicancelarij *B.*
mmmm XIIIIor *B.*
nnnn quarta *B.*
oooo tercio *B.*
pppp imperii *B.*